

De abt kon dan ook melden, dat van beide plannen geen woord waar was. Het plan van het herstel was al opgemaakt onder den vorigen prior, dit werd met een kleine verandering ook thans uitgevoerd. Hij zag niet in, dat daarvoor een goedkeuring van hooger hand vereischt werd. Een andere moeilijkheid was, dat de regeering bezwaar maakte tegen zijn keuze. De koning had op een supplek van 23 Januari 1825 n<sup>o</sup> 132 van de Paters van Berne de abdij van Berne onder zijn bescherming genomen. Zij stonden dan ook wel verbaasd, toen de regeering hun aanmerking maakte over de keuze van een abt. Vertrouwend op die bescherming, zoo antwoordt de abt, hebben de Paters, toen hun prior gestorven was, een nieuwen overste gekozen, dien zij den naam van abt gaven in plaats van prior. Hij vraagt Antonucci of deze zelf dit antwoord aan de regeering zal geven, of dat de abt moet antwoorden. Ter verduidelijking voegt hij het antwoord des konings erbij : « hebben goedgevonden en verstaan de geestelijken behoorende tot de voormalige Abdij van Berne, gelegen onder Heeswijk in de Provintie Noord-Brabant voorlopig te handhaven op gelijken voet als zij door de voorige bestuuren dezer landen zijn gehandhaafd, zullende zij diens volgens voorlopig het Jus praesentationis over de acht ten deze bedoelde en hiervoren opgenoemde Pastoriën kunnen uitoeffenen ».

J. KLEIJNTJENS S. J.

\* \* \*

#### OVER DE BENOEMING VAN EEN PROOST IN HET NORBERTINESSENKLOOSTER TE OOSTERHOUT <sup>1)</sup>

De Apost. Vicaris van Breda, van Dongen, had 1 Juni 1821 aan de Congregatie de P. F. een schrijven gericht over allerlei hangende kwesties, waaronder een lange uiteenzetting over den regel, dien de zusters Norbertinessen moesten volgen bij de keuze van een geestelijken leidsman of proost.

De prefect der Propaganda zond 22 Sept. 1821 aan den Vice-Superior der Missie, Luigi Ciamberlani het volgend uittreksel uit een brief van van Dongen over bovengenoemde aangelegenheid en vroeg hem daaromtrent zijn meening <sup>1)</sup> :

In honoratis de 17 Augusti 1805 scripserunt mihi Eminentiae

1) Archief Nuntiatuur. Den Haag. Busta XI. — Cfr. A. Erens, Mgr. Zwijsen en de Norbertinessen van St. Catharinadal te Oosterhout, *Bossche Bijdragen*, 1928.

vestrae sequentia : « De monialibus instituti S. Norberti in Parochia de Oosterhout, quoniam suppressam dicis Abbatiam Parcensem ex qua praepositum sibi eligere moniales consueverunt; tuae curae erit investigare, an illis jus sit ex alio coetu Praepositum assumere; alioquin providendum esset ne ipsae legitimo superiore spiritualibus munito destituerentur. » Hisce ut satisfacerem scripsi actuali praeposito qui mihi rescripsit sequentia : « Tantum unica nunc existit órdinis nóstri cómmunitas [Abbatia Bernensis] quae recipit novitios, et ex illa sibi superiorem eligere deberent; etiam ipse abbas Bernensis anno praeterito mihi narravit, quod Internuntius D. Ciamberlani Ordinis nostri jam constitutus sit Generalis, a quo consequenter novus electus quicumque sit, mitti ac jurisdictionem accipere deberet. » Ita praepositus D. G. van Gennepe, an sóla narratio haec, óretenus tantum facta, sufficiat Eminentiarum Vestrarum iudicio relinquo; notandum tamen venit, quod in audientia habita die 29 Januarii 1804 Sanctitas sua mihi facultatem concesserit ad septennium restituendi praepositos hisce Monialibus in his casibus, in quibus ab eorum legitimis superioribus legitime institui nequeant, vi cujus actualem praepositum institui, adjunctaque erant sequentia : declaravitque eo tempore quin « communicatio cum legitimis superioribus impedita erit, praepositum et priorissam ejusdem Asceterii in subsidium sine praejudicio jurium quorumcumque jurisdictioni et visitationi Vicarii Apostolici subesse debere. » Obiit nuperrime Priorissa, novaque electa et instituta fuit, sed nihil hórum mihi fuit intimatum; equidem ne infelices forte sequelae quómodo mihi imputari possint, candide et aperte, nullo habito respectu personarum, veritatem hic profitendam arbitror : Abbatia Bernensis erat corpus Brabantiae Austriacae in pago de Vilvoorden inter Mechliniam et Bruxellas, quod in civilibus suberat Gubernio Austriaco et in spiritualibus Archiepiscopo Mechliniensi; habebat sicut aliae abbatae Brabantiae aliquos pastoratus scilicet 8 in Diaecesi Sylveducensi, ad quos nominabat Abbas, habebat etiam ibidem pauca bona; extincta fuit haec Abbatia sicut et omnes aliae ac Monasteria per Gallos, unde Abbas cum suis Monachis, forte 2 vel tres (erant enim semper paucissimi, vix sufficientes suis Parochiis deserviendis) sese recepit ad Parochias suas, ibique tranquille moratus est usque ad mortem; quómodo autem novus Abbas ad mitram pervenerit ? An habeat haec Abbatia adhuc aliquam existentiam civilem ? An agnoscatur qua talis ab actuali Gubernio Belgico ? Et an recipere novitios ipsi permittetur ? prorsus ignoro : consului Vicarium Apostolicum Sylveducensem, in cujus

districtu habitant, qui mihi transmisit copiam suarum litterarum valde extensarum ad abbatem, quibus saltem seipsum ut talem non agnoscere, neque umquam hanc ejus qualitatem in suis actibus publicis expressurum dicit sub et obreptitiae processisse, Sanctitatem suam decipisse et pericula majorum difficultatum cum gubernio exposuisse; transmisit, ut fatetur, etiam harum copiam ad Illustrissimum D. Ciamberlani ni forte haec ad Eminentias vestras transmissa fuit; concludit evocando abbatem ad quaecumque ipsi placuerit Tribunal, sic quidem Reverendissimus Sylveducensis. De caetero cõmmunitas haec valde exigua est, non habens mansiõnem quam domos Pastorales, in quibus novitii, si dentur, ali instrui et in studiis exerceri debent, et sic saepe contingere posset non esse subjectõs, saltem administrationi monialium satis capaces; ulterius cum legibus statutum sit quod religiosi et religiosae debent subesse ordinariis sub quorum jurisdictione habitant, cumque Ordinarii debeant omnes promotiones et mutatiõnes in spiritualibus gubernio communicare valde timendum est primo, ne asceterium hoc aliquando manere debeat, defectu subjectõrum, saltem capacium, sine praeposito, et 2<sup>do</sup>, si juxta superius relata praepositum obtineat, incurrat disgratiam gubernii. Latere enim hoc nullatenus potest, quod novus Praepositus assumptus sit ex abbazia Bernensi, quae forte non habet existentiam civilem et quae certo huic Vicariatu extranea est, et quod pejus est : latere non potest ipsum praepositum per Illustrissimum D. Ciamberlani fuisse institutum, qui certo in hoc districtu pro ordinario non agnoscetur et cujus satis nota est disgratia adhuc pejorem effectum sortiri posset, timeo valde in hoc casu pro Monasterium harum Monialium, quod tamen hoc tempore ut praetiosissimum haberi debet monumentum antiquitatis, et unicum, quod in toto regno existit, in quo adhuc solemniter profiteri potest devotus foemineus sexus, quod semper fuit, et adhuc est sub protectione domus Austriacae, quod magno labore (me multum cõoperante) contra furorem destructõris Napoleonis servatum fuit et hoc ob nimiam et non laudandam ambitionem praesuli Abbatis, qui ut videtur ibique domicilium figere intendit periculo disgratiae et interitus exponetur ! Dignentur Eminentiae Vestrae hac in re etiam audire Reverendissimum D. Vicarium Sylvaeducensem, sub cujus ditione habitat abbas, et plenius certo et circa ipsum abbatem et circa ejus abbatiæ instruentur, meo quidem judicio tutissimum pro conservatione hujus praetiosi Asceterii erit : Si Sanctitas sua dignetur dispensare, ut ejusdem Moniales assumere possent et assumunt Sacerdotem saecularem in praepositum ex hoc Vicariatu,

ubi, Deo dante, adhuc abundantia est sacerdotum, et quidem major quam in adjacentibus diocesibus, quibus saepe praecipue Archidioecesi Mechliniensi Presbyteris successoribus et ut institueret in generalem a quo jurisdictionem recipiat Vicarium Apostolicum Districtus, in quo degunt, quia a gubernio agnoscitur quod hic et nunc valde necessarium judico, cum actualis Praepositus modo specie apoplexiae fuerat oppressus, et per hoc in suis facultatibus quibuscumque valde debilitatus, quo fieri posset, ut brevi assistente vel deservitore succurrendus sit. Haec quidem Eminentissimi Patres, prudenti vestro iudicio candide subjicienda duxi nullatenus (coram Deo loquor) aliquo ambitionis ductus, sed unice pro bono et pro conservatione praetiosi hujus Asceterii, et ut tacendo influxisse in infelices, quas provideo, et timeo sequelas, non accuser.

J. KLEIJNTJENS, S. J.